

# RUTILIUS NAMATIANUS

## SUR SON RETOUR

Nouvelle édition

Texte établi et traduit

par

ÉTIENNE WOLFF

*Professeur à l'université de Paris X-Nanterre*

avec la collaboration

de

SERGE LANCEL (†)

*Professeur honoraire à l'université Grenoble III*

pour la traduction

et de

JOËLLE SOLER

*Maitre de conférences à l'université de Paris IV-Sorbonne*

pour l'introduction



PARIS  
LES BELLES LETTRES

2007

## CONSPECTVS SIGLORVM

### I. Codices et editio princeps

- V      *Vindobonensis* 277, anno fere 1501.
- VI     manus Filippini Bononi, qui scripsit versus I, 1-242 et 415-456 ;
- V<sup>2</sup>    manus Sannazari, qui scripsit versus I, 243-414 et 457-644, suppleuit et correxit VI, emendationes nonnullas in margine adiecit ;
- V<sup>1</sup>    manus ignota quae scripsit versus II, 1-68 ;
- V<sup>3</sup>    manus Petri Summonte, qui ad I, 76 in margine correxit.
- R      *Romanus, Ms. Caet.* 158, anno fere 1530.
- B      editio princeps Bononiae anno 1520 edita.
- C      *Copenhague Kongelige Bibliotek, Gl. kgl. S.* 429, saeculo XVI in eunte, f. 52v.

### II. Editiones et adnotationes criticae

- Almeloveen* : Th.J. van Almeloveen, édition de Rutilius, Amsterdam, J. Wolters, 1687.
- Auctores observationum miscellanearum*, vol. III, Amsterdam, 1733, p. 363-369.
- Bährens* : E. Bährens, édition de Rutilius Namatianus, dans *Poetae Latini minores*, t. 5, Leipzig, Teubner, 1883, p. 3-30.
- Bartalucci<sup>1</sup>* : A. Bartalucci, « Note rutiliane », *Studi classici e orientali* 14, 1965, p. 30-39.
- Bartalucci<sup>2</sup>* : A. Bartalucci, recension de l'édition de Castro

## LIBER PRIMUS

Velocem potius redditum mirabere, lector,  
tam cito Romuleis posse carere bonis.

Quid longum toto Romam uenerantibus acuo ?

Nil unquam longum est quod sine fine placet.  
O quantum et quotiens possum numerare beatos,

nasci felici qui meruere solo,

qui Romanorum procerum generosa propago  
ingenitum cumulant Vrbis honore decus !

Semina uirtutum demissa et tradita caelo  
non potuere aliis dignius esse locis.

Felices etiam qui proxima munera primis  
sortiti Latias obtinuere domos !

Religiosa patet peregrinae Curia laudi  
nec putat extemos quos decet esse suos.

5

10

Ex fragmentis RVTili cLaudii Namatiani de redditu suo e Roma.  
In Galham Narbonen<sem> (*margine dextera abscisa*) V CLA-  
VIDII RVTILII POETAE DI<GNISSIMI> (cf. in fine libri I) R  
CLAVDIVS RVTILIVS POETA PRISCVS DE LAVDIBVS VR-  
BIS, ETRVRIAET ITALIAE *in prima pagina*. LEONI DECIMO  
PONTIFICI MAXIMO MEDICAE FLORENTINO IOANNES  
BAPTISTA PIUS CLIENS *in secunda, tum in nona et ante textum*  
*libri I AD VENERIVM RVFIVM* (*de quo uide adn. ad I, 421*) RVTI-  
LII CLAVDII NVMATIANI GALLI VIRI CONSULARIS, PRAE-  
FECTORII VRBIS, TRIBUNI MILITVM, PRAEFECTI PRAETO-  
RIO. LIBER PRIMVS CVI TITVLVS ITINERARIVM B

*nonnullos uersus initio deesse censem plerique edd. || 1 potius*  
*VRB : prorsus coni. Keene || redditum VRB : -tu coni. Bährens || 2 autum*  
*uersum om. VI, suppl. V<sup>2</sup> || tam cito VRB : quam cito Pithou quam me*  
*ita coni. Barth || 3 toto VRB : tot Mazocchi || 5 quantum VRB : quater*  
*Heinsius || possum VR : possem B Panvinio Castilio non est Heinsius*  
*|| 13 curia VB : gloria R || 14 quos VRB : quo Mazocchi.*

Ordnis imperio collegarumque fruuntur 15  
 et partem genii quem uenerantur habent,  
 quale per aetherios mundani uerticis axes  
 concilium summi credimus esse Dei.  
 At mea dilectis fortuna reuellitur oris  
 indigenamque suum Gallica rura uocant. 20  
 Illa quidem longis nimium deformia bellis,  
 sed quam grata minus, tam miseranda magis.  
 Securos leuius crimen contemnere ciues :  
 priuatam repetunt publica damna fidem.  
 Praesentes lacrimas tectis debemus autis : 25  
 prodest admonitus saepe dolore labor.  
 Nec fas ulterius longas nescire ruinas,  
 quas mora suspensae multiplicauit opis.  
 iam tempus laceris post saeuia incendia fundis  
 uel pastorales aedificare casas. 30  
 Ipsi quin etiam fontes si mittere uocem  
 ipsaque si possent arbuta nostra loqui,  
 cessantem iustis poterant urgere querelis  
 et desideriis addere uela meis.  
 Iamiam laxatis carae complexibus Vrbis  
 uincimur et serum uix toleramus iter. 35

15 fruuntur *V<sup>2</sup>* in margine *RB* : feruntur expunctum *V<sup>1</sup>* || 16 ue-  
 nerantur *VB* : -ratur *R Ussani* || 17 aetherios *RB* : etherios *V aethe-*  
*rios Bahrens* || mundani *VB* : -dam *R* || axes *VR* : axis *R Ussani*  
*arcos Bahrens* || 18 concilium *VR* : connubium *B Panvinio Castalio*  
 || det *VB* : rei *R* || 19 reuellitur *VRB* : refe- *Barth* || 21 longis *VB* :  
*lognis R* || 22 miseranda *VB* : uene- *R* || 23 contemnere *VB* : conten-  
 dere *R* || 25 uersus 25-26 post 27-28 ponendos censuit *Schenkl* ||  
 26 labor *VRB* : fauor *Heinsius* || 29 tempus *VB* : tepidus *R* || saeuia  
*VR* : longa *B Panvinio Castorina* || 34 addere *VR* : reddere *B Pan-*  
*vinio* || uela *VRB* : uerba *coni. uir doctus apud Wernsdorf* || 35  
*laxatis VRB* : laxatus *Simler* laxati *Almeloveen* lassati *Schrader* ||  
*carae VB* : e...re lacuna fere quattuor litt. *R sacrae coni. dubitanter*  
*Ussani.*

Electum pelagus, quoniam terrena uiarum  
plana madent fluuiis, cautibus alta rigent.

Postquam Tuscus ager postquamque Aurelius agger  
perpessus Geticas ense uel igne manus. 40

non siluas domibus, non flumina ponte coeret,  
incerto satius credere uela mari.

Crebra relinquendis infigimus oscula portis.  
inuiti superant limina sacra pedes.

Oramus ueniam lacrimis et laude litamus, 45  
in quantum fletus currere uerba sinit :

« Exaudi, regina tui pulcherrima mundi,  
inter sidereo, Roma, recepta polos !

exaudi, genitrix hominum genitrixque deorum,  
non procul a caelo per tua templa sumus. 50

Te canimus semperque, sinent dum fata, canemus :  
sospes nemo potest immemor esse tui.

Obruerint citius scelerata obliuia solem  
quam tuus e nostro corde recedat honos.

Nam solis radiis aequalia munera tendis, 55  
qua circumfusus fluctuat Oceanus.

Voluitur ipse tibi qui continet omnia Phoebus  
eque tuis ortos in tua condit equos.

Te non flammigeris Libye tardauit arenis,  
non armata suo reppulit Vrsa gelu. 60

Quantum uitalis natura tetendit in axes,  
tantum virtuti peruia terrae tuae.

37 terrena VRB : tyrrheni coni. dubitanter Bartoli || uiarum VRB : uetebant Bahrens || 38 fluuiis VRB : pluuiis Heinsius || cau-  
tibus VB : cantibus R || 39 postquamque BV<sup>2</sup> : postquam VR post  
quamquam Panvinio || agger BV : ager R || 41 siluas RB : syluas V  
villas Heinsius || 43 relinquendis VR : reliq- B Panvinio || 49 ge-  
nitrix hominum V : genetrix h- RB nutrix h- Bahrens || 51 sinent  
VRB : om. V<sup>1</sup> || 52 sospes VRB : hospes Cuper || 53 scelerata VRB :  
celatum Heinsius || 55 radiis VB : radios R || 56 qua V<sup>2</sup> in margine  
RB : quam V<sup>1</sup> || 58 ortos Castalio : ortus VB Panvinio ortas R || 59  
te V<sup>2</sup>RB : om. V<sup>1</sup> || 61 uitalis VB : -les R Müller || tetendit V<sup>1</sup> p.c.  
B : tendit V<sup>1</sup> a.c. R,

Fecisti patriam diuersis gentibus unam :  
profuit iniustis te dominante capi.

Dumque offers uictis proprii consortia iuris,  
urbem fecisti quod prius orbis erat.

Auctores generis Venerem Martemque fatemur,  
Aeneadum matrem Romulidumque patrem.

Mitigat armatas uictrix clementia uires :  
conuenit in mores nomen utrumque tuos.

Hinc tibi certandi bona parcendique uoluptas :  
quos timuit superat, quos superauit amat.

Inuentrix oleae colitur uinique repertor  
et qui primus humo pressit aratra puer ;  
aras Paeoniarii meruit medicina per artem,  
factus et Alcides nobilitate deus.

Tu quoque, legiferis mundum complexa triumphis,  
foedere communi uiuere cuncta facis.

Te, dea, te celebrat Romanus ubique recessus,  
pacificoque gerit libera colla iugo.

Omnia perpetuos quae seruant sidera motus  
nullum uidetur pulchrius imperium.

65

70

75

80

63 patriam *V<sup>1</sup>* p.c. *RB* : patrīum : *V<sup>1</sup>* a.c. || 64 iniustis *VB* : iniustis *R* inuictis *Castalio* multis *Juret* infestis *Schrader* || dominante *VRB* : dominante *Heimatus* || 65 iuris *VB* : uiris *R* regni *Galateo* || 67 auctores *V* : autores *R* autorem *B Panvinio Castalio* || uenerem marternique *VRB* : martem ueneremque *Damm* || 69 mitigat *V<sup>1</sup>* p.c. *RB* : mit. *V<sup>2</sup>* a.c. || 70 nomen *VRB* : numen *coni. Barth* || utrumque *VB* : utrumque *R* || 71 bona *VRB* : pat *coni. Böhrens* || parcendique *VB* : certandique *R* || uoluptas *VRB* : uoluntas *coni. Burman* || 76 factus et *V<sup>2</sup>* in margine plerique edd. : fretus et *V<sup>1</sup> RB Panvinto* fretus it *Barth* fertur et *Böhrens* || nobilitate *VRB* : mob- *Castalio* || deus *V<sup>2</sup> RB* : donis deletum *V<sup>1</sup>* || 79 te dea *V<sup>2</sup> RB* : dea *V<sup>1</sup>* || recessus *VRB* : receptus *coni. dubitanter Burman* || 80 pacificoque *VB* : paciferoque *R* *Vessereau* || libera *VB* : libica *R* p.c. libeca *R* a.c. || 81 perpetuos *VRB* : tuo *Müller* || motus *VRB* : motu *Müller*.

Quid simile Assyriis conectere contigit armis,  
Medi finitimos cum domuere suos ?

Magni Parthorum reges Macetumque tyranni  
mutua per uarias iura dedere uices.

Nec tibi nascenti plures animaeque manusque,  
sed plus consilii iudiciique fuit.

Iustis bellorum causis nec pace superba  
nobilis ad summas gloria uenit opes.

Quod regnas minus est quam quod regnare mereris :  
excedis factis grandia facta tuis.

Percensere labor densis decora alta tropaeis,  
ut si quis stellas pernumerare uelit,

confunduntque uagos delubra micantia uisus :  
ipsos crediderim sic habitare deos.

Quid loquar aero pendentes fornice riuos,  
qua uix imbriferas tolleret Iris aquas ?

Hos potius dicas creuisse in sidera montes :  
tale Giganteum Graecia laudet opus.

Intercepta tuis conduntur flumina muris :  
consumunt totos celsa lauacra lacus.

85

90

95

100

83 assyriis *V<sup>2</sup>B* : assiriis *R om.* *V<sup>1</sup>* || armis *V* : arma *B Panvinio*  
*Castalio* arua *coni*. *Burman* || in fine uersus signum interrogationis  
posuit *Doblhofer* || 84 cum domuere *VB* : quum domuere *R* tum  
domuere *coni*. *Burman* condomuere *Müller* || 85 magni *V<sup>2</sup>RB* : *om.*  
*V<sup>1</sup>* ipsi *V<sup>2</sup>* in margine postea deletum *Castorina* || macetumque *Pi-*  
*thon* : macedumque *VRB* || 89 pace *VB* : parce *R* || 91 quam quod  
*VB* : quod quam *R* || mereris *VB* : mireris *R* || 92 facta *VRB* : fata  
*Panvinio multique edd.* || 93 percensere *V<sup>1</sup>* p.c. *RB* : precensere *V<sup>1</sup>*  
a.c. persensere *Mazocchi* || 96 ipsos : *VRB* : ipso *Mazocchi* || cre-  
diderim sic *VRB* : credideris hic *Burman* || 97 loquar *VB* : loquor  
*R* || 98 qua *VRB* : par uel quo *coni*. *Burman* || imbriferas *VB* : him-  
briferas *R* iris aquas *Garzya* || tolleret *V<sup>2</sup>* in margine *RB* : tollerat  
*V<sup>2</sup>* etiam in margine tolerat *V<sup>1</sup>* colligat *coni*. *Bährens* || iris aquas  
*VRB* : imbrifera *Garzya* || 99 sidera *V<sup>2</sup>RB* : sidere *V<sup>1</sup>* || 100 tale  
*VRB* : quale *Barth* || laudet *V<sup>1</sup>* p.c. : laudat *V<sup>1</sup>* a.c. *RB Panvinio* || in  
fine uersus signum interrogationis posuit *Helm* || 101 intercepta *V* :  
intercepta *B* intercepta *R* intersaepta *Ellis*.

Nec minus et propriis celebrantur roscida uenis  
totaque nativo moenia fonte sonant.

Frigidus aestiuas hinc temperat halitus auras 105  
innocuamque leuat purior unda sitim.

Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum  
rupit Tarpeias hoste premente vias.

Si foret aeternus, casum fortasse putarem :  
auxilio fluxit qui redditurus erat. 110

Quid loquar inclusas inter laquearia siluas,  
ueracula qua uario carmine ludat aus ?

Vere tuo nunquam mulceri desinit annus  
deliciasque tuas uicta tuetur hiems.

Erige crinales lauros seniumque sacrati 115  
uerticis in uirides, Roma, recinge comas.

Aurea turrigeru radient diademata cono  
perpetuosque ignes aureus umbo uomat.

Abscondat tristem deleta iniuria casum ;  
contemptus solidet uulnera clausa dolor. 120

Aduersis solemne tuis sperare secunda :  
exemplo caeli ditia damna subis.

103 uersus 103-104 post 105-106 ponendos censuit Schenkl  
" 104 totaque VRB : totaque Müller " moenia VB : nenia R " 105  
aestiuas hinc B : estiuas hinc V extiuas hic R " 106 innocuamque  
VB -cuumque R " 107 subitus VB : -tas R " 109 aeternus VB :  
ext. R Vessereau " 110 redditurus VB : redditur R periturus Heinsius " 111  
loquar VB : liquar R " inter VRB : subter Bährens " 112 uermula  
qua Panvinio Castilio : uermula quae VRB Simler uermula quas  
cont. Helm uermulaque Mazocchi " uario VB : uaria R " ludat VRB  
Castilio : ludit Panvinio laudat Bährens " 113 annus VB : amnis  
R " 116 recinge VRB : refinge Heinsius retinge Doblhofer repinge  
cont. Doblhofer " 117 radient V<sup>2</sup> in margine RB : radiant V<sup>7</sup> " 118  
umbo VR : umbio B " deleta VB : delata R " 120 contemptus VB :  
contentus R " 121 aduersis solemne tuis sperare secunda Simler :  
aduersus solem ne uis s. s. VB Panvinio aduersus solem neuis s.  
s. R aduersis solemne uiris s. s. Castilio aduersis solemne tuum  
uices s. secundas cont. Keene aduersis sollemne tibi s. s. uel aduersis sollemne  
caeli edd. : coeli VRB : coelo Mazocchi.

- Astrorum flammae renouant occasibus ortus ;  
lunam finiri cernis ut incipiat.
- Victoris Brenni non distulit Allia poenam : 125  
Samnis seruitio foedera saeva luit.
- Post multas Pyrrhum clades superata fugasti ;  
fleuit successus Hannibal ipse suos.
- Quae mergi nequeunt, nisu maiore resurgunt  
exiliuntque imis altius acta uadis. 130
- Vtque nouas vires fax inclinata resumit,  
clarior ex humili sorte superna petis.
- Porrige uicturas Romana in saecula leges  
solaque fatales non uereare colos,
- quamuis sedecies denis et mille peractis 135  
annus praeterea iam tibi nonus eat.
- Quae restant nullis obnoxia tempora metis,  
dum stabunt terrae, dum polus astra feret.
- Illud te reparat quod cetera regna resoluit :  
ordo renascendi est crescere posse malis. 140
- Ergo age, sacrilegæ tandem cadat hostia gentis :  
summittant trepidi perfida colla Getae.
- Ditia pacatae dent uectigalia terrae ;  
imperat augustos barbara praeda sinus.

123 renouant *V<sup>2</sup>* in *margine* *B* : nouant *V<sup>1</sup>* ronauant *R* || 124  
finiri *VB* : fini *R* || 125 brenni *V<sup>2</sup>* in *margine* : brēni *V<sup>1</sup>* p.c. breni *B*  
poeni *V<sup>1</sup>* a.c. bromii *R* || allia *VB* : alia *R* || poenam *V<sup>2</sup>* in *margine* :  
poenam *V<sup>1</sup>* penum *R* paenum *B* *Panvinio* || 126 samnis *VB* : sannus  
*R* || saeva *VRB* : foeda *Schrader* || luit *VR* p.c. *B* : fluit *R* a.c. || 127  
superata *VB* : -acta *R* || 129 nisu *V<sup>1</sup>* : nixu *V<sup>2</sup>* in *margine* *postea de-*  
*letum* *RB* || 130 exiliuntque *VB* : exiliumque *R* || imis *VB* : milis *R*  
uadis uel salis *coni*. dubitanter *Ussani* || acta *V<sup>2</sup>* in *margine* : alta *V<sup>1</sup>*  
*RB* *Panvinio* || uadis *VRB* : uadi *Mazocchi* || 133 romana *VB* : roma  
*R* roma in tua *coni*. dubitanter *Ussani* || 134 colos *VRB* : colus *Cas-*  
*tallo* || 136 nonus eat *VB* : nouus erat *R* *Mazocchi* || 137 nullis *VB* :  
millis *R* || metis *VRB* : maestis *Bährens* || 139 reparat *VB* : rapiat *R*  
|| 140 renascendi *VB* : -ciendi *R* || 141 sacrilegæ tandem *VB* : sacri  
lege tantem *R* || 143 pacatae *VB* : pagate *R*.

- Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet. 145  
 altricemque suam fertilis orbis alat.  
 Quin et fecundas tibi conferat Africa messes,  
 sole suo diues, sed magis imbre tuo.  
 Interea et Latiis consurgant horrea sulcis  
 pinguaque Hesperio nectare prela fluant. 150  
 Ipse triumphali redimitus arundine Thybris  
 Romuleis famulas usibus aptet aquas,  
 atque opulenta tibi placidis commercia ripis  
 deuehat hinc ruris, subuehat inde maris.  
 Pande, precor, gemino placatum Castore pontum ; 155  
 temperet aequoream dux Cytherea uiam,  
 si non displicui, regerem cum iura Quirini,  
 si colui sanctos consuluique patres.  
 Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum,  
 non sit praefecti gloria, sed populi. 160  
 Siue datur patriis uitam componere terris,  
 siue oculis unquam restituere meis,  
 fortunatus agam uotoque beatior omni,  
 semper digneris si memunisse mei. »

146 alat VB : alet R || 147 conferat VB : -ret R || 148 imbre B  
*Panvinio* . hybre R hubre V || 149 et VB : om. R *Castorina* || horrea  
 VB : horreat R hordea *Herrmann* || 150 prela V : praela B phura R  
 || 151 redimitus VB : redimus R || 152 romuleis VB : -eisque R ||  
 usibus VR : ossibus B *Panvinio Castalio* classibus coni. *Castalio*  
*Juret* iussibus coni. *Barth* || 153 commercia B *Panvinio Castalio* :  
 comertia V comentia R commertia *Mazocchi* || 154 deuehat VB :  
 deuehat R || subuehat VB : subeat R || maris V<sup>1</sup> p.c. V<sup>2</sup> *in margi-*  
*ne* : muris V<sup>1</sup> a.c. || 155 placatum RB *Panvinio Castalio* : pacatum  
 V placato *Burman* || pontum B *Panvinio* : portum V potum R || 156  
 temperet VRB : tempera coni. dubitanter *Bahrens* || 157 displicui  
 VB : -cur R || cum VRB : cui *Mazocchi* || quirini VRB : quiriti *Herr-*  
*mann* || 158 colui VB : coluis R || consuluique VB : consiliumque R  
 || 159 strinxerunt VB : strixerunt R || 160 sit VRB : id *Heinsius* ea  
*coni*, dubitanter *Burman*.